quam universus sis quibus vel habitas
profuturum opus digneris inpendere
ut supra dictum librum origenis ad
fidem quemammodum ab ipso auctore
editus est tuo sermone manifestes.
et quae a defensore eius interpolata
sunt prodas. Utque etiam in his libris
dicitur quos ad caritatem tuam direxi
mus vel contra catholicam regulam
vel inperite edita sunt redarguas
atque convincas; Sane subtiliter in p
fatione operis sui mentionem tacito
nomine tuae caritatis expressit quod
a te promissum opus ipse conpleverit; illud
oblique agens et ita te simili ratione
sentire: Purga ergo suspiciones ho
minum et convince criminantem; ne
dissimulaveris consensisse videaris;

LXII.

## HIERONIMUS PAMACHIO ET OCEANO FRATRIBUS SALUTEM

Scedulae quas misistis honorifica
me adficere contumelia; sic inge
nium praedicant ut fidem tollerent
veritatem; et quia eadem et in alex
andria et romae et in toto poene
orbe boni homines super meo nomine
iactare consuerunt et tantum me di
ligunt ut sine me heretici esse non
possint. O mitto tam pronas rebus tam
et criminibus respondebo; Neque enim
causae prodest maledicendo remale
dicere · et adversarios talione mordere;
Cum praecepit malum pro malo non
reddere; sed vincere in bono malum;
Saturari obprobriis et alteram
verberanti praebere maxillam; Obi
ciunt mihi quare origenem aliquan
do laudaverim. Nisi fallor duo lo
ca sunt praefatiuncula ad dama
sum in omelias cantici canticorum
et prologus in libro hebraicorum nomi
num; quid ibi de dogmatibus ecclesiae
dicitur quid de patre et filio et spiritu sancto quid
de carnis resurrectione quid de ani
mae statu atque substantia simplex
interpretatio atque doctrina simpli
ci voce laudata est; Nihil ibi de fide.
nihil de dogmatibus conprehensum est.
moralia tantum tractantur loca et al
legoriae nubilum serena expositio
ne discutitur; Laudavi interpretem.
non dogmatisten; ingenium non fi
dem. philosophum non apostolum;
Quod si volunt super origenem meum
scire iudicium legant in ecclesiasten
commentarios replicent in epistola
ad ephesios tria volumina et intel
legent me semper eius dogmatibus
contra isse; Quae enim stultitia
est sic velle laudare doctrinam
ut sequar et blasphemiam; et bea
tus cyprianus tertulliano magis
tro utitur ut eius scripta probant;
Cumque eruditi et ardentis viri delec
tetur ingenio montanum cum eo maxi
millam quae non sequitur; fortissimor

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0393